

Prope Marsalam (Lilybaeum) in pavimento operis tessellati (X7225 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse scr. Rufa Eulogus.* — 2) *Servus actor portus Lilybitani.*

6770 M. Marcio M. f. | Cla. Bieti Glauco patri | senatoris, equo pu|blico exornato, pa|trono, ob merita eius | quae in cives suos | confert, c. v., adlecto | inter tribunicios | ab imp. Caesare | (M. Aur. Commodus)¹ Anto|nino Pio felice | Aug., tribules trib. | Iovis Aug. pecunia | sua l. p., d. d. d.

Marsalae (X 7237 vidit Mommsen). — 1) *Quae uncis inclusimus, in litura restituta sunt.*

6770^a C. Bultio Geminio | Titiano procos. | prov. Sicil., cos., c. v., | ob insignem eius | benivolentiam | erga ordinem et | patriam, XII trib. | patrono merenti.

6770^b C. Bultio Geminio | Marcello c. i., | in honorem | Gemini Titiani | patris, XII trib. | patrono merenti.

Lilybaei sine dubio, quamquam N. 6744^a non Marsalae, sed Mazarae extat (X 7233. 7206 illam vidit Mommsen).

6771 d. m. s. | Q. Atilio Q. f. | Cla. Severo | praef. fabr., | IIvir. suf. | popul.¹ cre|ato.

Catinae (X 7023 vidit Mommsen). — 1) *Duoviro suffragiis populi. Honores municipales Siciliae etiam infra N. 6969.*

6772 Quir. Postum[o, patro]no [mu]nicipii, | [flamini divi H]adriani perpetuo, [ex] quinq. decur. iudi|[cum inter] quadringenarios¹ adlecto a divo Anto|[nino Au]g. Pio, omnib. honorib. civitatis suae ho|[nestissim]e functo, item legatione gratuita apud | [divum] Hadrianum et apud amplissimum ordinem de | allib.² redhibendis, pleps Gaulitana ex aere con|[lato o]b plura merita eius, d. d.

In insula Gaulo (Gozzo) prope Melitam (X 7507 cf. p. 994 vidi). — 1) *Cf. supra N. 6523 not. 2.* — 2) *Scr. [vectig]alib.? (Henzen); [c]allib.? (Mommsen).*

Aliam inscriptionem Gaulitanam dedi N. 424; Melitenses N. 3973. 5445.

Africa.

6773 divo Augusto | conditori¹, | Siccenses.

Siccae (el Kef) (Gauckler bull. des antiq. 1898 p. 144). — 1) *De Sicca colonia Augusti cf. infra N. 6783.*

6774/5 divo Augusto | sacrum | conventus | civium Romanor. | et Numidarum¹ qui | Mascululae habitant.²

Henschir Gergur, inter Siccam et Simitthu, circiter 20 chil. a Sicca, ubi Mascululam fuisse ex hoc titulo colligitur (VIII S. 45775 = Eph. ep. 3, 597 vidit Cagnat). Eiusdem loci titulum dedi supra N. 4470. — 1) *Cf. Kornemann de civibus Romanis in provinciis imperii consistentibus (Berol. 1891) p. 46 not. 1. Similiter Cyzici titulus positus divo Augusto a civibus Romanis Cyzici habitantibus et Cyzicenis, supra N. 247. Vide etiam infra N. 7480.* — 2) *Cf. Kornemann l. c. p. 19. 22.*